

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Abimelechi, Regis Gerarensis Saram domum ducentis
Apologeticus**

**Hochstetter, Andreas Adam
Langenhan, Johannes Kaspar**

Tubingæ, 1699

X.

urn:nbn:de:bsz:31-102508

se in simplicitate cordis & puritate manitum suorum id fecisse dixit. Neque quidquam sanctior historia alius insinuat. Quare colligimus fuisse hanc actionem eo respectu *in voluntariam*, consequenter, quantum ad hujus praeceps facti imputationem, à peccato excusasse. Consentit nobiscum Incomparabilis Dannhawerus, qui factum ex ignorantia dicit opus *materialiter* malum, vel in se vel in hypothesi ac circumstantia aliqua: In se, ut ambitus Saræ, quam Abimelechi putavit esse cælibem, ac Abraham (non uxorem) sed sororem. Benedictio Isaaci qui Jacobo benedixit, operatus se Esavo benedicere. Congresius Jacobi cum Lea, putantis se cum Rahele congregari. Solet proinde apud nonnullos Ignorantia dividi respectu influxus in actionem, in concomitantem & efficacem. Illa in intellectu negat eam cognitionem, qua licet presente, delinquens nihil minus fecisset, quod ignoravit. Quorsum pertinet illius exemplum, qui projecto verius canem lapide novicam percussit, atque ne quidem sic male, *ταύλια τετράγωνα καὶ πέντεγωνα βελτενεῖται*, dixit. Hec vero eam negat cognitionem, quæ presente actio fuisset impedita. Nam in re Pufendorfius *J. N. & G.* ipsum hoc Abimelechi exemplum allegat, qui si cognovisset Saram Abrahami esse uxorem, hanc quicquam ad eam ducentiam animum fuerat applicatus. Versabatur insuper haec actio circa particularia: igitur redditus fuit invita. Legatur *Thom. prim. secundæ, qu. LXXIV, articulo preprimis tertio*:

X. Interim quod integritatem cordis Abimelecho concedit Deus: illam nec Legalem nec Evangelicam fuisse alibi docetur: fuit tamen moralis, in eo consistens, si homo stando intra sphæram naturæ, solo hujus Lumine sine frico candidè decenterque uititur, & rectæ dictamen rationis cum cura sequitur; Quod ipsum nihil aliud est, quam rectus Naturalium usus: quâ nos phæsiologia dextrè uti possumus, uti Robertus Sanderfonus edito ad h. l. Anglico sermone, egregio tractatu observavit, nisi Romanenses & jam olim Pelagiiani eam pervertissent: possumus etiam rectam vocare conscientiam, quo termino gentiles Philosophi nîl aliud quam hanc INTEGRITATEM MORALEM intelligunt: non quod homo extra gratiam constitutus in foro POLI rectam habeat conscientiam, Tit. I, 15, sed Moraliter & intra Sphæram Naturæ bonam, in quantum infideles, dum Legem non habent, sibi ipsi sunt Lex, parati exilium, tormenta crucem, mortem denique ipsam sustinere potius, quam regulas, notiones & dictamen æquitatis naturalis, quæ cordibus ipsorum impressit Deus, scienter transgredi aut violare.

*Danb. Theol.
Consc. Tom.
I. P. I. p. 62.
Pfeffer de
Consc. L. O.
c. XII. 447.*

*J. N. & G.
I, 3, 10.*